

XLVI

In quem statuta civitatum, servantur leges imperatorum et regum. servantur decreta presulum. servant egri precepta medicorum. sed non est qui legem servet regis regum. dei deorum et domini dominorum. et ideo quasi omnes descendimus ad infernum. sed per pauci sunt qui vadant in celum.

De sanctis Symone et Iuda ser. xlvi.

Qui sunt hi qui

ut nubes volant et quasi columbe ad fenestras suas. Isaic. lx.

Quia priores patres piugis vrebant et filios generabant et curis re familiari in tenti substantias possidebat. Ido prophe ta per spm preuidens apostolos et eorum sequaces substantias deserere cogitatio non appetere. filios non generare. nil in terra petere. nihil possidere Non eos per terra velut homines ambulantes sed nubes volantes appellat. cum dicit. qui sunt hi qui.

In quibus verbis de duobus. hos gloriosos aplos. Symone scz et Judam comendat Damo de altitudine perfectiois euagelice. cum dicit. qui sunt hi qui ut nubes volant Grego. Volant enim qui terra quasi non tangunt quia in ipsa nil appetunt. Secundo de simplicitatis mansuetudine. cuius addit Et sicut columbe ad fenestras suas Greg. ad fenestras suas quasi columbe sunt qui per mansuetudinis spm in hoc mundo nil per oculos concupiscunt die igitur.

Qui sunt illi qui ut nubes et et convenienter ad questionem propositam potest responderi in persona istorum. Isti sunt pastores gregis conservatores legis. senatores urbis. assessores iudicis Pri mo isti sunt pastores gregis quibus commissa est cura regiminis vniuersalis. et ideo ad propositam questionem. qui sunt isti ipsi de se possunt prebere responsum. Genes. xlvi. Turi pastores sumus. pauerunt enim gregem domini. exemplo vite Verbo doctrine sub sidys orationis deuote. propter quod dicit. Vera. de apostolis loquens. tales dece

bat humani pastores et doctores constituti qui et dulces essent et potentes et sapientes dulces ut me blande et misericorditer sustinerent. potentes ut fortiter pregerent sapientes ut per via ducerent. que ducit ad ciuitatem. quibus contrarij sunt plerique adeo ut si quesieris Qui sunt isti. poterit utique responderi illud Math. vij. Isti sunt lupi rapaces qui de pastoribus facti sunt lupi. et de custodibus mercenarij.

Secundo isti sunt conservatores legis adeo ut pro legis defensione usque ad mortem viriliter decurrerent Et ideo competit eis illud Iudith. v. zabulon et neptalim obtulerunt animas suas morti. et ideo ad questionem propositam. qui sunt isti. potest responderi illud Apo. vij. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione. et lauerunt stolas suas in sanguine agni. nec mirum audierant enim deum dicentem eis Lu. xxij. Vos estis qui permansistis mecum in tribulatione omnibus meis. et domini roborati exemplo. obturauerunt ora leonum. extinperunt imperium ignis. effugauerunt aciem gladij De breoz. xj. propter quod competit eis illud. Eccl. xxv. Isti sunt viri misericordie qui iusticie obliuionem non acceperunt. Tercio isti sunt senatores urbis. quorum rex christus de quibus prouer. vlti. Nobilis in portis vir eius quando sederit cum senatoribus terre. quos rex regum per mundum dispersit. ut sicut sol in radijs apparet sicut rosa in odoribus sentitur. sic ignis in scintillis suis aspicitur. sic illoz virtutibus christi potentia cognoscitur. propter quod cum Abagarus rex vidisset taddeum scilicet Judam se christi discipulum sibi promissum afferentem ille intuitus cum vidisset in eius vultu quendam mirum splendorem mirifice radiis antem Adorans deum dixit. vere discipulus christi iesu filij dei vultus est. et ideo ad questionem propositam. Qui sunt isti. potest non incongrue responderi illud Exodi. xxxij. Isti sunt dii tui israel qui te eduxerunt de terra egypti. Qui dico sunt non natura

L 4